

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 97

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 218.

218.

Cod. XCVII.

Tractatus de
Eucharistia: Sacra
& dignitate Sa-
cerdotali.

291b-293b

C

Tractatus de S. Sacramento Eucharistia,
et qua ea promanant dignitate sacerdotali.
Incipit: "Pater sanctissime Petre audi
quid loquatur Dominus in pauperulo ser-
vo tuo. In fine mutilus est. Videtur mi-
hi stilus eundem prodere Hugonem.
In Codice CXLII. n. 12. adhibetur S. Ger-
nardo sub Titulo: Tractatus de corpore Christi

Cod. XCVII.

Chartae: Fol. Soci: 13.

Distinctiones
seu Sermones
dominical.

Distinctiones 60, seu sermones dominicalis.
Praecedit Clenchus materiarum
alphabeticus, et alius propositionum, seu
argumentorum, quae tractantur in sermo-
nibus hac inscriptione: "Incipit recapitu-
latus distinctio hujus libri." Post
sequitur praefatiuncula: "Si videris sen-
satum evigila super illum!" Sermo primus,

A.
5. 7.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 97

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 219.

Cod. XCVII.

219.

"Dominica prima in adventu Domini inci-
 pit: "Nunc enim propior est nostra salus
 quam etc. Ro. 13^o. Videmus ad sensum."
 In fine distinctionis 60, seu dominica
 26. leguntur haec: "Finitus est liber iste
 a^o Dⁿⁱ M cccc xxx vij feria tertia post
 Egidii confes. hora vespertarum. Siboldus
 Keroll d' wasferburga artium Baccal.
 plebanus in Irolfing comparavit hunc
 librum". Quoniam vero argumenta istorum
 sermonum derumpta sunt ex Spiritolis do-
 minicarum, ut etiam Evangelii adaptari
 possint, additur: "Tabulatio quomodo pra-
 dicandum sit in hoc opere de Evangelii,
 idque tam in dominicis, quam in festis.
 Post haec, ac si novum omnino inchoare,
 tur opus, legitur inscriptio: "Incipiunt
 adaptationes sermonum in hoc libro con-
 tentorum primo competit Sabbatis Domi-
 nicis et feriis nec non et festivitibus
 sanctorum totius anni." Nimirum se-
 quens opusculum tractat de variis ma-
 teriis moralibus ordine alphabetico,
 ita ut rarer proco de quacunque mate-
 ria dicturus ad scopum servientia in
 unum collecta hic reperiat. Unde non
 inepte Promptuarium, seu lexicon pre-
 dicabile dixeris. Incipit: "De Abstinencia
 Duplex est abstinencia, prima detestabilis,
 2da laudabilis". Agmen claudit articu-
 lus de verecundia, quam vero breviter
 manus aliena adiecit. Idem opusculum
 occurrit Codice CXLIV, ubi vide.

Fr. Martini Friedl
 de Gladrub, adapta-
 tiones sermonum, vi-
 de Cod. CXLIV.

A.
 5. 4.

220.

Cod. XCVII.

De autore harum distinctionum anceps
haereo, Jacobusne Januensis / sive de Voragi-
ne / sit, necne. Quetif Script. Ord. Praed.
T. I. pag: 457. codices quidem Mss. exhi-
bet, qui continent Distinctiones Super
Dominicales Sermones Jacobi Januensis Se-
cundum Alphabetum, immo etiam super
festivales; sed an iidem cum nostris
sint, ignoro. Certe sermones de omnibus
Evangelis dominicalibus, quos Quetif l. c.
pag: 456 adfert in medium, quique incipi-
unt: Preparare in occursum, nostri non
sunt. Itaque necessarium est, aut Jacobi
etiam sermones exarsse de Epistolis domi-
nicalibus, aut nostrorum non esse paren-
tem. Joannem quoque Nyder exarsse
Sermones in Epistolis Dominicarum per
annum, earum produsse Argentina 1489
Fol. testis est Quetif T. I. pag: 795. An
nostri sint inquirat, qui potest.

Ceterum Jacobus de Voragine, seu Vira-
gine, seu Viragine Ord. Praed. Archiep.
Januensis / id est: Genuensis / est author
decanatissimae Historiae Lombardicae,
sive legendae aureae, et obiit circa ann.
1298. Vide Quetif. l. c. pag: 454. Cudius
de Script. ecclesiast. T. 3. col. 612.

Jaco-
gine
de s
End

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 97

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27434

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)